

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Passio r  
cum fontibus primis

Omnis creatura compatitur Christo  
morienti:

sol obscuratur, terra mouetur, petre  
scinduntur, uelum templi diuiditur,  
sepulcra aperiuntur. Solus miser homo  
non compatitur pro quo solo Christus  
patitur.

Ieronymus super Mattheum.

Heu me miserum!  
omnis creatura compatitur Christo,  
et turbatur de morte sua, sed miserum  
cor meum non compatitur Creatori suo  
morienti  
pro ipso.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis,  
*Lamentatio in passionem Christi*, 4 (PL  
184, col.772B).

Hieronymus: «Et ideo compatiuntur  
elementa Conditori suo: refulget sol,  
quia non potuit videre mortem Christi,  
collaborat laboranti, et blasphemantibus  
suae lucis beneficium retraxit.» Nam  
sol obscuratur, terra movetur, petrae  
scinduntur, velum templi dividitur,  
sepulcra aperiuntur; solus miser homo  
non compatitur, pro quo solo Christus  
patitur.

Bonauentura, *Expositio in euangelium*  
*sancti Lucae*, 23, 44 (A.C. Peltier ed.,  
Paris, 1864-71, vol.11, p.216).